Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-474365-p0001-4

Em 432

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-474365-p0002-9

142

DISCESSUM
CELSISSIMI ATQVE ILLVSTRISSIMI COMITIS AC DOMINI,
DOMINI
HENRICI ERNESTI,

S. R. I. COMITIS STOLBERGAE, KOENIGSTEINII, ROCHEFORTI, WERNIGERODAE ET HOHENSTEINII,

DYNASTAE EPSTEINII, MUNZENBERGAE, BREVBERGAE, AIGMONTII, LOHRAE ET KLETTENBERGAE,

ORDINIS DANEBROG. EQVITIS ETC.

DEPLORANT

LYCEI WERNIGERODANI PRAECEPTORES.

H. C. SCHÜTZE, DIRECTOR EMERIT.

S. C. BRAUNHARD, RECTOR.

I. KALLENBACH, CONRECTOR. auctor carminis.

G. C. HABERLAND, COLLABORATOR I. ET II. CLASSIS.

P. C. BÜNGER, SUBCONRECTOR.

I. B. RAHARDT, COLLEGA IIII.

I. M. S. VESTERLING, COLLEGA V.

C. H. JAHN, COLLABOR. CLASS. INFER.

WERNIGERODAE,

E MOLYBDOGRAPHIA I. G. STRUCK, typ. aulic.

MDCCLXXVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-474365-p0003-5

Labitur ah patriae pater, ah cadit ipſa columna
Rerum noſtrarum, moritur pietatis amicus
Atque decus! Triſtem caſum! quem ſacra queruntur,
Luget virtus, flet pietas, gemit omnis honeſtus.
Nobis diſceſſit comis dux atque patronus.
Cujus flagrabat mens proſpera cuncta videre,
Omnes ſubjectos felices, numen amantes,
Sceptrum per ſeptem tenet hic annos modo fauſtum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-474365-p0004-0

Id ſapiens vult, qui terras caelosque gubernat,
Qui ſpirat vitam in mortales, tempora voluit.
At moritur fautor ſubito nobisque ſcholaeque,
Qui loca cenſuit haec populorum fulcra ſalutis,
Ornatumque. Scholam talem ſibi ſtare ſtudebat
Wernigerodanam, talem ſacrisque foroque.
Non terrae ſoli, caelo progignite ciues,
Artes et linguas impigri tradite veſtris,
Sed juuenum pia mens eſt gloria maxima, dixit.
Nobile pectus! quod numen ſacrauerat ipſum,
Dignum, quod ferret ſua ſtirps altiſſima laudi,
Dignum, quod ſupra raperetur ſidera clara.
Oris ſublatus noſtris volitauit in altas,
Inſonuere poli, ceperunt atque parentes,
Caelicolae laeti genitum ſuperisque paratum.
Immortalis mens ſua circumfuſa choreis
Spirituum viuit ſanctorum, laeta triumphat.
Cinctus perpetuo comes his, qui pectore forti
Certarunt ſtabiles, viuit, fulgente corona
Veſtibus et niveis ſtat tectus, numen adorat
Ter ſanctum et celebrat, capit o quae gaudia pura!
Nobis atque ſcholae ſua noſtrae vota manebunt,
Quae nobis juvenumque choro flagrantia miſit

Ad caelum viuus, moriens quae fauſta reliquit.
Deleat hoc lacrymas, hoc firmet pectora noſtra.
Natum ſpectamus generoſum patreque dignum,
Qui virtute nitet, qui numine flatus eodem.
Diuinat comis ſua frons, veneranda cuique
Ciuibus et ſceptrum ſapiens et mite futurum.
In quem caelipotens fundat largiſſima dona,
Et cujus regimen ſtatuat per tempora firmum!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-474365-p0006-1

78 M 378

ULB Halle 3
003 076 938

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-474365-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-474365-p0008-3

142

DISCESSUM
CELSISSIMI ATQVE ILLVSTRISSIMI
COMITIS AC DOMINI,
DOMINI
HENRICI ERNESTI,

...LBERGAE, KOENIGSTEINII,
...I, WERNIGERODAE
...OHENSTEINII,
...TEINII, MUNZENBERGAE,
... AIGMONTII, LOHRAE
...ETTENBERGAE,
...EBROG. EQVITIS ETC.

...DEPLORANT

...RODANI PRAECEPTORES.

...DIRECTOR EMERIT.

...D, RECTOR.

...CONRECTOR. *auctor carminis.*

...D, COLLABORATOR I. ET II. CLASSIS.

...UBCONRECTOR.

...COLLEGA IIII.

...ING, COLLEGA V.

...LABOR. CLASS. INFER.

...NIGERODAE,
...HIA I. G. STRUCK, typ. aulic.
...DCCLXXVIII.

Dem Herrn Insp. Emmerich

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-474365-p0009-2